lineas per quas iam descenderat. Tunc fecit esaias afferri massam ficuū, z cataplasmauerūt sup vulnꝰ eiꝰ. Hebreꝰ magꝭ pprie dicit sup vlcus eiꝰ. Quidā suspicantur fuisse apostema cuius sanies i cutis superficiem prouocat siccioribus ficis cōtusis. Porro aquila symachus et theodocion regiū morbum fuisse dicūt, cui q̄z dulcia vel sūpta vel apposita ꝛria putāt. Et ita dei potentia mōstrata è: cū p res noxias sanitas restituta est. Et qualuit ezechias: a tertia die ascēdes in tēplum ait. Ego dixi dñe. i. dū egrotarē penes me cogitaui, in dimidio dieꝝ meoꝝ vadā ad portas inferi. i. nōduz suscepta sobole quā expectabā descendā ad inferos, z dū ħ cogitarē: q̄siui a te orādo residuū ānoꝝ meorū: vt pus velles me pziem fieri q̄s aia mea puari. Huic cātico ezechie pmittūt. lxx. titulū talē. Oratio ezechie regis iude, ꝛ melius è in esaia. Scriptura ezechie regis iude. Hā in ħ cantico narrauit tm̄ qō cogitauerat vel orauerat dū egrotasset: z nō orauit i eo nisi duobus verbulis tm̄: vt ibi. Dñe respōde, p me: z in fine. Dñe saluum me fac.

De morte ezechie. Caplm. xxxi.

Nillo tēpore mi

i sit merodach filiꝰ baladā rex babylōis lras z munera ad ezechiā petēs vt socij eiꝰ esset z amicꝰ. Hā eo tpe rex medoꝝ z rex babyloniꝝ recesserant a monarchia assyrioꝝ sub assarodach ne eēnt sub eo, pcipua tm̄ cā legatōis hꝰ credit hec fuisse. Chaldei vigebāt i astronomia: nec poterāt inuenire fm artē suā q̄re dies fere in dupluz ptensa fuerat, z tandē audierāt ħ, p rege hierosolymoꝝ factū eē, z miserūt ad eū vt sciscitarent rei veritatē. Preterea chaldei adorabant solē, z miserūt regi munera vt honorarēt hoiem quē honorauerat deꝰ eoꝝ. Et letatus ē ezechias i aduētu eoꝝ: z ītoꝝ elatus est in aīo suo, nec fuit i domo sua: nec i oi ptāte sua qō non oñderet eis. Etiā domū aromatū: quā q̄daz tradūt fuisse cellā aromatū i tēplo dñi in quā inducere gētiles nefas erat. Scōz epiphaniū ꝓ dom̄ erat longissima quā fecit salomō iuxta descriptiōz ptis sui ꝓtra orientē sion, z fecit occulti aditꝰ cōpositionē lōge a ciuitate: q̄ deprehendi ab vniuerso pplo nec̄uerat pluribus q̄z sacerdotibus ignota erat, illicoz rex posuit aurū z aromata que aducta erāt de ethiopia. In ea pꝰ sepulcra regū erāt sepulcra pontificū, z postremo sepulcra pphetaꝝ. Hoc secretū dauid et salomonis ezechias gētib⁹ denudauit: z ossa paterna cōtaminauit ex pūtia pphanoꝝ. Et ab ipo die sterilis factꝰ è. Porro cū abissent legati venit esaias ad regē z ait. Quid dixerūt viri isti: z vñ venerūt ad te. Qui cū indicassz ei qō q̄sierāt: dixit esaias. Hec dt dñs. Ecce dies venīēt z auferent i babyloné oīa q̄ i domo tua sūt: z q̄ abscōderant pres tui. Sed et de filijs tuis erūt eunuchi i palatio regis babylonis. Hoc ipletū eē fabulant hebrei i daniele z socijs eiꝰ: q̄ cū ioachim filio iosie captus sit. Sz verꝰ credit eos eunuchos fuisse: nō corpe sz mēte. Et ñdit ezechias. Bonꝰ è sm̄o dñi. Sit pax z vītas in diebus meis, et dormiuit ezechias cū patribus suis, z celebratus exequias eiꝰ vniuersus iuda, z sepelierūt eū sup sepulcra filioꝝ dauid. i. eminētius sepulcrū ceteroz fecerūt ei cā pietatis q̄ coluit deum. Ipe cm̄ sic cōmēdat in libro regū. Non fuit sibi similis ei neq̄z añ eū neq̄z post eū de cunctis regibus iuda, in ħ excipit dauid: q̄ nōdū erat sub eo regnū iuda. Si q̄rit ō iosia: dicimus q̄ iosias melior fuit eo, sz iste pponit ei in ħ q̄ magnificatꝰ è p claris bellorū titulis, et q̄ tria inaudita fecit dñs p eo, regressus solis, additionē annoꝝ, stragē hostiū p angelum.

Incidentia.

In diebus ezechie syracusa z cathina i sicilia ꝓdite sūt. Romulꝰ milites ex pplo sūpsit: q̄si ex millenū. Curet q̄ ib statio rege sabinoꝝ romulo fauebāt q̄ritet appellauit, c, elegit senes: q̄s appellauit pres. Romulꝰ apō paludē capree nusq̄ ꝓparuit: z suadēte lucio quirini noie ꝓsecratꝰ est, post romulū senes pdicti singuli p q̄nos dies rēpublicā rexerūt p annū fere z dimidiū. Qō regnū appellatū est inter tpus. Tūc secundꝰ a romulo regnauit numa pompiliꝰ q̄ pdictos senes senatores

appellauit. Hic pmus cōgiariū militibus dedit. i. imperialē largitionē in sui pmotōe Januariū z februariū anno addidit, fundamēta capitolij fecit. Sibylla erythrea claruit.

De manasse z morte esaie.

Caplm. xxxii.

Ost ezechiam re

p gnauit manasses filius eius pro eo, rō. anno. xxv. erat cum regnare cepisset, z. lv. annis regnauit in hierlim: z fecit malū cora dño. Edificauit ei excelsa q̄ dissi pauerāt pres eiꝰ: z erexit aras baal z lucos z extruxit altaria militie celi in duobus atrijs tēpli: z posuit idolū luci in tēplo dñi, z traduxit quēdā filiū suū p ignē tophet, ariolos, augures, phitones, z aruspices multiplicauit, z errare fecit iudā in vijs gētiū. Cūq̄z argueret eū pphe missi a dño nemini coꝝ parcebat sed plateas hierlim pphetaꝝ sanguine purpurauit. Insup alioꝝ sanguine innoxiuz fudit multum nimis donec impleret hierlim vsq̄z ad os. Esaiā q̄z auū maternū fm hebreos vl affinē suuz etectū extra hierlim circa piscinā siloe serra lignea p mediū secari fecit. Qui dū in pncipio secrōis angustiaret, petijt sibi dari aquā vt biberet, z cū nollent ei dare: dñs de sublimi misit aquā in os suū z exprauit, nec tū carnifices destiterūt a sectōe. Et ob hāc q̄ missionē ꝓfirmatū è nomē siloe: qō interpretatur missus, nec sepelierūt eū in sepulcro ppbetaꝝ, sed sub quercu rogel iuxta transitū aquaꝝ: quē fecerat ezechias in memoriā miraculi qō fecerat dñs in aquis illis ad pces esaie. Tradit em̄ epiphaniꝰ q̄ dū sennacherib rediret ab egypto pmisit exercitū ad obsidendā hierlim: q̄ castrametatus est circa piscinā siloe vt aqs eius vterent. Erat q̄z piscina q̄si cōmunis, nā z ciues ad eā descēdere poterāt z hostes. Oras aūt esaias obtinuit a dño: vt cū egrediebāt ciues erāt ibi aque sicut pus. Cū ꝓo accedebāt hostes siccabant aque prorsus: ita vt mirarent assyrij vñ eēnt aque in vrbe. Porro in iugē memoriā huius facti: adhuc aque siloe nō ingiter: sz incertis horis ebullīūt. Cunctis in pria psona accessisset sennacherib: facta è strages suprādicta in exercitu ipsius. In tante rei memoriā pplus gliose pphām sepeliuit i loco pdicto: vt etiā oronibus eius post mortez indesinēter huius aque beneficio potirent. Alia libri habent in hoc loco oratōnē manasse q̄ ponit in fine secūdi paralipomenon, ideo nō habet necesse hic poni: cum etiā plura exemplaria eā in hoc loco nō cōtineant.

De morte manasse.

Caplm. xxxiii.

Mmisit ergo do

i mīnus aduersus manassen regē babyloniorū q̄ depopulatꝰ est iudā: z manassen dolo captū traxit in babylonē z pluribus afflixit tormētis. Et intelligens manassen hāc esse manū dñi egit pniam, z intēte orauit ad dñm, z misertꝰ dñs reduxit eum in regnū suum. Qui cū venisset hierosolymā deleuit idola, lucos z aras q̄ fecerat: ita vt in memoriā poꝝ nil supesset. Et restituit cultū dñi sicut pus: z plm̄ idipsum docuit, z sic a priori pturbatiōe murat⁹ est vt nō sine grandi admiratōe vītā ageret beatā. Muros q̄z ciuitatis z turres z antemuralia multa munitione firmauit. Et mortuꝰ est manasses: et sepultus in horto dom̄ sue: in horto azā, z regnauit amon filius suus p eo.

Incidentia.

In diebus manasse sibylla erophila claruit in samo: vñ z samia dicta est. Parthenitarentū ꝓdidert. Harcus de choo insula primus ferri glutinū intra se excogitauit. Tertius romanoꝝ rex Tullus hostilius. Hic pmus regū romanoꝝ purpura z fascibus vsus è. Qui post longā pacē bella reparauit. Albanos, vegetes, fidenates vicit: adiecto mōte celio ampliauit vrbem. Tandem cum domo sua fulmine conflagratur.

De amon z iosia. Cap. xxxiiii.

Ro. xxii. anno

p rū erat amō cū regnare cepisset: z duobus tm̄ ānis regnauit in hierusalē. Tū. lxx. dicūt. xij. Qui fecit maluz cora dño sicut pr̄ suus in iuuētute sua fecerat, z tetenderāt ei insidias serui sui, z interfecerunt eū in domo sua. Populus aūt ocussit eos q̄ interfecerāt regē z sepelierūt eū cū pre suoz statuerūt sibi regē iosiā filiū eiꝰ p eo. Octo ānoꝝ erat iosias cū regre cepisset, z. xxxj. ānos regnauit i hierlim z ābulauit p oēs vias dauid pris sui. Nō declinauit ad dexterā neq̄z ad sinistrā. Qui in q̄rto regni sui āno erat ei. xij. etatis: vt ōt ioseph pietatē z iusticiā mirabilē i se iam

demonstrabat. Hāp'lm iaz reuocabat ab idolatria Et opa prauaveluti senior emēdabat Porro anno regni sui octauo oēm ciuitatē z puinciā a cultu idolorū purgauit vt nullum vestigiū idolatrie superesset Scrutabaf etiā domos neād latēter remaneret suspectū, z i vnaq; cā iusticiā coluit tāq; aie sue medicinā. Visitq; in totā puinciā vt deferrēt ad reparationē tēpli munera p̄ sua volūtate vnusq;q; z p̄posuit huic operi helchiā sacerdotē magnū: z amasiam ā erat supra ciuitatē, z saphan scribam, z facta est reparatio templi fideliter z indilate.

Hieronym⁹ in paralipomenō dicit arcā eductam de templo i diebꝫ achaz p̄ idolis positis i eo. z fuit in domo sellū patrui hieremie p̄is Ananel viri olde ā habitabat in scōa muri mansionē vsq; ad iosiam.

De hieremia. Lapl'm. xxxv.

Anno. xiii. regni

a iosie exorsus est p̄phetare hieremias filius helchie de sacerdotibꝫ anathot, in terra beniamī tertio ab vrbe miliario, z p̄phetauit vsq; ad euersionem vrbis rl, ānis z vno āno: p̄ter illō tps q̄ i egypto p̄phetauit i thānis. z cū puer eēt dixit ei dñs, Prophetā in gentibꝫ dedi te Qui cū dixisset A, a, a, dñe de⁹ nescio loq̄: q̄r puer ego sum, misit dñs manū suā z tetigit os ei⁹ z ait, Ecce dedi ꝓba mea i ore tuo Extūc licz eēt adolescens cepit p̄phetare z p̄dicare. mane ꝯsurgēs z freq̄ns stās i porta dom⁹ dñi z ī atrijs tēpli, z oūdit ei dñs signa euersiōis hierl'm quā p̄dicabat Primo signo sīgnit ei auctorē illi⁹ euersiōis deū. Oūdit eīm ei q̄si furē vigilantē cū ꝓga vt dānificaret dormientes. Sic eīm dñs iam vigilabat ad p̄cutiēdū pp̄lm suum. Secōo ꝓ sīg̃ oūdit ei dñs q̄ mistro ad ꝓ vteret p ollā succēsaz a facie aq̄lonis z ait, Ab aq̄lone pandet oē malū sup oēs habitatores terre, i. a chaldeis ā iuxta sitū hierusalē ab aq̄lone venerūt. Has duas visiōes vidit sub iosia. De tertia incertū ē. Uerl'm putat q̄ sub alijs regibꝫ vidit eā sicut cetera q̄ sequunt. In tertia eīm visiōe oūdit ei dñs causam euersiōis, nec fuit necvisio imaginaria sz corpalis. Precepit eīm dñs vt tolleret lūbare suū, z abscōderet illud sup eufraten. Et post multos dies ex mandato dñi reuertēs inuenit illō putrefactū z nulli vsui aptū z ait ei dñs Sicut adheret lūbare ad lūbos viri: sic agglutinaui mihi domū israel z domū iuda, sed q̄r recesserūt a me fornicādo p⁹ deos alienos: q̄si putrefiēt trās eufraten captiuati Relīq; hieremie loc⁹ suis tractabim⁹.

De inuentione deuteronomij.

Lapl'm. xxxvi.

Anno. xviii. anno

p regni iosie p̄cepit iosias helchie vt reūduū pecunie que oblata fuerat ād tēpli reparatōez cōflaret z fierēt inde vasa ad ministeriū dñi. Cūq; helchias oīa diligenter scrutaret inuenit librū moysi i tēplo. Forte aperuit arcā z inuenit deuteronomiū quē moyses reponi fecerat in ea: z misit eum regi p manū saphā. Qui cū legisset cozā rege: scidit rex vestimēta sua. Audiuit eīm maledictōnes scriptas in trāsgressores legis z crebras cōminatōes dei. Qui sequerent idola: ejceret eos de terra quam dederat eis, sicut ejecerat amorreos a facie eoz. Et mirabatur q̄ adhuc esset in terra z verebat imminere captiuitatē. Tūc p̄cepit helchie z viris prudentibꝫ vt ꝯulerent dñm sup se z super pp̄lm suū. Qui descenderūt ad oldam p̄phetissam vxorē sellum q̄ habitabat in hierl'm in secūda, id ē secūdo ambitu muri quē fecerat ezechias, de quo dixit sophonias, z vulatus a scōa p̄te, s. q̄r ps scōo muro circūdata p̄us capta est. Forte nō inuenerūt hieremiā, vel pot⁹ nullius adhuc momenti erat. Et rūdit olda Hec ōt dñs Ecce adducā mala q̄ scripta sunt in libro leḡ sup locū hunc et habitatores ei⁹: q̄ irritauerūt me in cūctis operibꝫ manuū suaz. Succēdet indignatio mea z nō extinguet. Regi aūt q̄ misit vos dicetis, Hec ōt dñs. Pro eo q̄ audisti ꝓba volumnis z p̄territus est cor tuū z humiliat⁹ es: diffe rent hec mala. nec fient in diebꝫ tuis: z colligā te ad p̄res tuos in pace. Nō nō est intelligendū de pace ipsi⁹ regis, ipe eīm occisus est a pharaōe, sed ō pace pp̄li, i. p̄us q̄z inferret populo q̄ cōminat⁹ fuerat. His auditis, mittēs rex in oēm puinciā ꝯgregauit oēm populū in hierl'm, z stans sup grad⁹ legit cunctis audientibꝫ oīa ꝓba libri, z pcussit fedus coram dño, ꝯpulit oēs sacramēta p̄stare: vt leges moysaicas p oīa custodirēt Et deleuit aurum spices z maleficos omnes, z omnia vestigia idolatrie redegit in puluerē Etiā vestigia q̄ dā serpentis enei quē cōminuerat siue contriuerat ezechias. Ob hoc in plogo sophonie legit iosias cōtriuisse eū: z ꝓaminauit excelsa, z vallē tophet, z ignē moloch. Forte ossa mortuoꝝ vbiq; sparsit. vel q̄libet alia īmunda vt pot⁹ abominabilis q̄z venerabilis locus appareret. Equos q̄z solis z currus q̄s depinxerāt reges iude in introitu tēpli iuxta exedram nathāmelech eunuchi penitus destruxit. Fecerāt ibi iudei idolū solis q̄ puer imberbem: q̄r nullū patit senīū: sz q̄tidie renouat. Fecerāt z ei equos z currū: putātes q̄ in hūc modū helīā transtulisset. Et ascendens rex in bethel sup altare q̄ fecerat iero boam cōbussit ossa sacerdotū z falsoꝝ p̄phetarū eruta de sepulcris excelsoꝝ iuxta ꝓbꝫ abdon p̄phete: cui⁹ titulū cū legisset in sepulcro p̄cepit ne mouerent ossa eius. nec etiam illius cū q̄ sepultus erat. Idipm fecit in excelsis samarie z i vrbibꝫ manasse z effraim z symeon vsq; in neptalim. ossa ō tumulis ex celsoꝝ eruta sup altaria cōburens, z tā ossa q̄ altaria in puluerē redigēs. Hoc p̄dictum erat ō iosia añ ānos. ccc. xj. z reuersus i hierusalem fecit phase, cōuocans ad illō etiam filios isr̄l qui captiuitatē assyrioz aliq̄ mō effugerant. vel etiā de captiuitate aliq̄ casu redierāt. Et tradit de eis habuisse ad. xj. milia nathinneoꝝ. Hō est factum phase tale a diebꝫ iudicū. In paralipomenō legit a diebus samuelis: q̄ posset dici vitio scriptoꝝ factū z scptū esse samuelis p salomōis: nisi idipm i iosepho legeret. Pōt ḡ intelligi q̄sa muel fecerit phase, z si in historia non legat. Qui autē iudices fecerint phase: certū est: q̄m moyses z iosue iudices fuerunt, z factū est ꝑ phase in hierl'm, xviij. anno regni iosie.

De morte iosie. Lapl'm. xxxvii.

In diebus eius

i ascēdit pharao nechao rex egypti ↄ regē assyrioꝝ. Audierāt ei eū iā debilitatū: q̄r medi z babylonij a monarchia ei⁹ recesserāt: z estimabāt q̄ de facili posset obtinere syriā. Primo aggressus erat regē adremon q̄ regnabat tūc i carchamis. Descēdit ḡ iosias in occursum e⁹ p̄hibēs ne trāsitū faceret p iudeā, z misit pharao ad iosiam dicēs Quid mihi z tibi rex iuda, nō aduersum te venio: ad eufraten ꝓpero. Mittit me de⁹ ad medos. sine me ne de⁹ qui mecum est interficiat te. Et nō adq̄euit iosias: ſz cū rege adremon cōponebat acies vt dimicaret aduersus pharaonē. Et forte dū transisset a curru in currū qui seḡbat eū more regio: ocīsus ē a sagittarijs in cāpo magedō. z planxit eū in cōsolabiliter adremon rex cū exercitu suo. Un z illud dictū est. Erit planct⁹ sicut planct⁹ adremon. Tradit aūt q̄ iuxta arborē z fontē occisus fuerit q̄ statim aruerūt z relatus ē in hierl'm: z sepult⁹ est in mausoleo patrū suoꝝ. Et planxit cū vniuersus iuda in hierl'm, z maxime hieremias: qui sup exequias ei⁹ scripsit threnos lamentabiles. Quo sedet sola ciuitas tc. quibꝫ vtebantur cantorez z cātatrices sup exequias iosie Et longis tpibꝫ in iudea sup iosiā eos replicabāt Quibꝫ postea supaddidit idē hieremias alias lamētatōes sup excidio ciuitatis.

Incidentia.

In diebꝫ iosie quart⁹ romanoꝝ rex ancus marci⁹ nume nepos ex filia, aduentinū mōtē z ianiculū vrbi tradidit. Sup mare, xvj. ab vrbe miliario ciuitatē hostiā ꝯdidit. Oraculo dodoneo p̄mū grecia vsa ē. Quint⁹ romanoꝝ rex tarquini⁹ priscus, q̄ circū rome edificauit muros z cloacas, z capitoliū extruxit: ludos romanos instituit. Arion a delphino in theatrū deportatus est.

De ioachim vel ioachas.

Lapl'm. xxxviii.

Eliquit aūt iosi/

r as tres filios. beliachim qui z iechonias p̄mogenitū. xxv. ānoz. mediū āt ioachas q̄ sellū dict⁹ ē. xxiij. annorū. z tertiū mathaniā circit. vij. ānos. Tulit pp̄lis terre mediū filiū ioachas: z ꝯstituit eū regē p p̄re suo: q̄ tribꝫ mēsibꝫ tm̄ regnauit in hierl'm. Hā vt ōt paralipomenon: veniens pharao nechao rex egypti i hierl'm amouit eū. z imposuit multā terre. c. talēta argēti: z vnū auri. z ꝯstituit regē p eo fratrē ei⁹ p̄mogenitū beliachim sibi tributariū Et mutato noīe vocauit eum ioachim. vt mutatio noīs esset signū subiectōis: z duxit secū ioachaz i dolo sub specie honorādi eū in egypto. Hā cū venisset i reblata vinxit eū: z ligatū misit eū in carcerē in egypto Porro ioachim. xxv. annoꝝ erat cū regēre cepisset. z. xj. ānis regnauit in hierl'm, z fecit malum cozā dño iuxta

omia q̄ fecerāt patres eius Cunq; argueret eum vrias ꝓpha: cominat⁹ est ei valde, z fugit vrias i egyptū, Et misit post eū ioachim z reduxit eū, z morte turpissima interfecit eū Anno q̄rto regni ioachim cepit regre in babylone nabuchodonosor: q̄ victo rege egypti tulit oia q̄ e⁹ fuerāt: a riuo egypti vsq; ad flumē eufraten, z trālies eufraten oēm tyriā vsq; ad peluſiū cepit p̄ter iudeā. Pozro āno q̄rto ioachim locut⁹ ē hieremias ad oēs pl'm iuda z ad ciues hierl'm dicēs. A tertiodecimo āno iosie locut⁹ sum vob ꝓba dñi, z hodie ē. xxiij. ann⁹: z nō audistis me. Propterea hec ōt dñs Adducā seruū meū nabuchodonosor sup terrā hāc, z sup oēs natōnes q̄ in circuitu e⁹ sē: z tuletē regi babylōis, lxx. ānis. Cūq; ipleti fuerint āni, lxx. visitabo sup regē babylōis, sup terrā chaldeoz iniq̄tatē eoz̄, z ponā illā i solitudies sempiternas. Et mirabant q̄ tā audacter loq̄rē. Nā z in pncipio regni ioachim: cū staret in atrijs tēpli et dixisset. Hec ōt dñs. Dabo domū hāc sicut silo, z vrbē hāc dabo in maledictionē, appre henderūt eū sacerdotes z ꝓphete z oīs pl'us dicētes. Morte morial'. Et ascēderūt ō domo regis pncipes iuda, z sedert in porta domus dñi: z accusabāt hieremiā sacerdotes z ꝓphete. Qui rndit. Misit me dñs vt ꝓpheta rē aduersus locū istū Ecce i manib⁹ vris sū: facite q̄ rectū est in oculis vris. Et liberaue rūt eū pncipes a manib⁹ pl'i, z mazie aichā filij saphā dicēs. q̄micheas in diebꝫ ezechie silie p̄dicasset, z multi ꝓphete in diebꝫ regū, nec aliq̄d a regib⁹ ꝓpsti sunt sed honorati. Clauserūt tñ pncipes hieremiā ne publice p̄dicaret. Dixitq; tūc dñs ad hieremiā. Tolle volumē: z scribes oīa ꝓba q̄ locut⁹ sū tibi aduersus iudā z alias gētes, a diebꝫ iosie vsq; ad diē hāc, z ꝓuocauit hieremias baruch filiū nerie: z scripsit baruch ex ore hieremie oēs ꝑmones dñi, z dixit ad eum hieremias. Clausus sū nec valeo īgredi domū dñi Ingrediere ē tu z lege q̄ scripsisti i die ieiunij audiente pl'o z vniuersis q̄ venīūt de ciuitatibus suis. Et fecit baruch sic p̄ceperat ei hieremias: sepe legēs in domo dñi. Factū ē autem in anno q̄nto ioachim in mēse. ix. p̄dicauerūt ieiunij oīm pl'o in hierl'm: z vniuersis q̄ fluxerāt de iuda. Et legit baruch ꝑmones hieremie in introitu porte noue domus dñi. Quod cum audisset filius gamarie mi

cheas: descēdit ad pncipes z seniores dom⁹ regis q̄ sedebāt in gazophylatio scribe. Qui cū nūciasset eis q̄ audierat: aduocauerūt ad se baruch. Qui cū legisset oīa ꝓba coz̄ eis obstupuerūt z dixerūt ei. Absc̄dere tu z hieremias: z nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sūt ad regē q̄ sedebat i domo hyemali mēse. ix. z posita erat arula coz̄ eo plena ꝓmis Cū q; legisset iudi filius nathanie tres pagellas vel. iiij. scidit rex volumē scalpello scribe: z ꝓiecit in ignē donec ꝯsumeret. Quibusdaz tñ ꝯtradicentib⁹ p̄cepit rex fuis suis vt cōprehenderēt baruch z hieremiā. dñs aūt absc̄dit eos. Et dixit itez dñs ad hieremiā Scribe rursum in volumine oēs ꝑmones q̄s cōbussit ioachim, z supaddes plures, z p̄cipue ea q̄ dicit dñs ꝑ ioachim, Nō erit ex eo qui sedeat sup solium dauid: z cadauer e⁹ ꝓiciet ur ad estum p diē: z ad gelu p noctem Non planget eū ve frater ve soz̄. i. nō plangent eum frater z soz̄. dicētes ve: nō cōrepabūt ei ve dñe. z ve inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus z proiectus extra portas hierusalem.

De nabuchodonosoz z morte ioachim. Cap'm. xxxix

Factum est autez in anno. viij. ioachim ipe ē quartus ann⁹ nabuchodonosoz. ascēdit nabuchdonosoz i iudeā: z depopulabat eā. Rechabite aūt q̄ habitabāt in tabnaculis seorsuz ab oīb⁹ timētes ascēdert in hierl'm vt saluarēt aīas suas. Et dixit dñs ad hieremiam. Vade z introduces oīm rechabitas in vnā exedram thesauroz iuxta domum dñi. Et introduxit eos i gazophylatiū filioz. en non: z posuit coz̄ eis cyphos et calices plenos vini dicēs. Bibite vinū. Qui rndert. Non bibem⁹: q̄ ionadab filius rechab pater noster p̄cepit nob⁹ dicens. Non bibetis vinū vos z vxores vre: z filij vri vsq; in sempiternū, domū nō edificabitis, sementē non seretis, vineas nō plantabitis, in tabernaculis habitabitis cunctis diebꝫ vt viuatis multis diebꝫ sup terrā in q̄ pegrinami. Tūc ait dñs ad hieremiā. Dic habitatoribꝫ hierl'm. Hec dicit dñs. Nunq̄d nō accipietis disciplinā vt obediatis mihi sicut rechabite patri suo. Propterea inducā sup vos mala q̄ locutus sum: de stirpe ꝓo rechab nō deficiet vir stās

in ꝯspectu meo Pozro cū audisset nabuchodonosoz i hierl'm cepit ioachim z ligauit eū z trahebat secū in babylonē: z nobiles cum eo. In itinere ꝯo imposuit ei nabuchodonosoz tributū z remisit eū in hierl'm, sz obsides traxit secū pueros ō semine regio, danielēq; z tres pueros: z seruiuit ei ioachim tribus annis. Sz cū audisset q̄ rex egypti iterum pugnare vellet ꝯ nabuchodonosoz: negauit ei tributū q̄ ꝓmiserat. Et ascēdens rex babylonis in hierl'm sub iure federis intrauit eā. Sz cū intrasset fidez nō fuauit, sed iuuenes fortissimos q̄sq; occidit vna cū rege ioachiq̄ quē z aū muros i sepulcrū ꝑpri iussit. Et q̄ nō fuauerūt ei fidē hostes, idō forte liberrimē vocat eos latrūculos dicēs. Et immisit dñs in ioachim latrūculos chaldeoz z syrie z moab, z amō vt disperderēt eū iuxta ꝓbū dñi Nā stigmata sunt inuēta in corpe occisi ꝯ legē, i. nomē idoli q̄ colebat codonazer. Et ꝯstituit nabuchodonosoz filiū e⁹ regem ioachim eḡnocū, s. ꝑri. dictū iechoniā Octo z decē annoz̄ erat ioachim cū regre cepisset. z tribꝫ tm̄ mēsib⁹ regnāt. t. diebꝫ Nā cū recessisset nabucho, timuit ne ioachiq̄ memor nec is paterne adhereret egyptijs z pugret aduersus eū, z ꝯ redijt z obsedit hierl'm. Sed ad voce hieremie egressus ē ioachim ad eū cū mre z oī domo sua z pncipib⁹ e⁹ Et suscepit eos rex babylonis anno. viij. regni sui. et tulit vniuersa vasa aurea ō domo dñi z thesauros dom⁹ regie: z trāstulit in babylonem cū rege z mre ei⁹. De domo regia circie duo milia, de pncipib⁹ z virꝫ robustis. vij. milia artifices z inclusores mille, in sūma q̄si. x. milia. Inter q̄s erat mardoche⁹ z ezechiel adhuc iuuenis de genere sacerdotū. Videt tñ ioseph⁹ velle q̄ tā duos libros scꝫserat ō futuro vbis excidio q̄s reliq̄t in iudea. Isti q̄ spōte se tradiderūt ꝑpie dicti sūt transmigratio iude. Alij ꝓo q̄ postea p violentiā tracti sūt ꝑprie dicūt captiuitas iude. Ab hac trāsmigratiōe iude, s. ab. viij. āno regni nabuch. q̄dā inchoāt nūerare. lxx. ānos captiuitatis

De sedechia. Cap'm. xl.

Constituit nabuchodonosoz regem in hierl'm patruū ioachim mathaniā vt seruiret ei sub tributo: interposita religione iurisiurandi: z mutato noīe vocauit eum sedechiam. Tricesimū primū etatis annū agebat sedechias cū regre cepisset, z. xj. ānis regnāt i hierl'm. z fecit malū coz̄ dño sic ioachim frater ei⁹. Erat em̄ supbo cogitans vt adhe. eret regi egyptio, z nō fuaret iusiurādū regi babylonis. Decipiebāt aūt eū pseudo, ꝓphe dicētes i primo babylonios vincēdos ab egyptijs. Cūq; diceret ei hieremias vt spem poneret in dño z nō i hoīe. dixit ad eū dñs. Descende in domū figuli z ibi audies ꝓba mea. Et descēdit. Et ipe figul⁹ faciebat op⁹ sup rotā: z dissipatū ē vas in manib⁹ el⁹, z ꝑuersus fecit de codē luto alterꝫ vas sic placuit i oculis ei⁹ Et dixit dñs ad hieremiā. Dic domui iuda, hec dic dñs. Nūq̄d sic facit figul⁹ potero facere vob⁹ vt destruā z dissꝑdā vos, z penitētes edificē z plantē. Factū est aūt i anno iiij. regni sedechie miserunt ad eū nūcios rex edō, rex moab, rex tyri, rex amō, rex sidonis petētes vt p̄ter federati vnanimiē tributa negarēt regi babylonis. Et dixit dñs ad hieremiā. Fac tibi catenas ligneas, i. retortas. vj, z pones vnā i collo tuo, z alias q̄nq; dabis in man⁹ nuncioz̄ q̄nq; regū coz̄ sedechia dicēs. Hec. d. d. y. regib⁹ z regi iuda. Ego feci terrā z dedi eā ei q̄ placuit i oculis meis z nūc dedi oēs terras istas in manu nabuchodonosoz serui mei. Hens aūt z regnum q̄ nō seruierit ei: in gladio fame z peste visitabo sup eos. Nolite audire ꝓba ꝓphetaꝝ dicētiū vobis. Nō seruiet⁹ regi babylonis ne pereatis cū eis Et cū ꝓplesset hieremias mādatū dñi coz̄ sedechia: ananias ꝓpha ō gabaon tulit catenā de collo hieremie z ꝓfregit eā dicens Hec. d. d. Sic ꝓfringā iugū regis babylonis de collo istaꝝ gentiū p⁹ duos annos diez̄, z referri facia oīa vasa dñi z reducā oēm trāsmigratiōz iude ad locū istū Et ait hieremias Amē: sic faciat dñs. q. d. Idipm vellē ego si fieri possz. Verūtñ audi anania. Nō misit te dñs z fecisti ꝓfidere pl'm istum in mēdacio. Propterea h̄ anno morieris p⁹ duos menses diez̄. Et mortu⁹ ē ananias in āno illo mense vij. Nā h̄ pdixerat hieremias iu mēse q̄nto. Territ⁹ aūt sedechias ad mortē ananie misit nūcios i babylonē cū tributo. Et misit hieremias epl'am i manib⁹ nūcioz̄ secreto ad oēm transmigrationē iude dicēs. Hec dicit dñs. Edificate dom⁹ z plātate hortos: ducite z date nuptui, z q̄rite pacē ciuitatis ad quā trāsmigrare vos feci: z orate p ea deū, q̄ in pace

illius erit pax vīa, Non vos seducāt pphete
q̄ in medio vīi sunt: q̄ pmittūt vos ī brēui re
dituros, q̄ cū ceperint impleri in babylone
lxx. āni: reducā vos ad locū vestrū. Hec aūt
dicit dñs ad achab filiū culie: ꝛ ad sedechiā
filiū amasie: q̄ pphetant vob mendaciū. Tra
dam eos in manus regis babylonis: ꝛ pcu
tiet eos in oculis vīis, assumetq̄ ex eis male
dictio dicētiū. Ponat te dñs sīc sedechiā, et
sicut achab: q̄s frixit rex babylonis in igne,
p eo q̄ fecerunt stulticiā in isrl̄, ꝛ mechati sūt
in vxores amicoꝝ suoꝝ, ꝛ locuti sunt ꝙbū in
noīe meo q̄d nō mādaui eis. Hos duos tra
dūt hebrei fuisse illos duos senes q̄s postea
dīudicauit daniel. Nec obest q̄ dr rex baby
lonis fr̄isse: cū daniel dicat eos lapidatos.
Cōuictos ei tradiderūt regi ad penā q̄ noie
ignis significata ē. Cūq̄ redūssent nūcij de
babylone: attulerūt lr̄as ex pte pseudo. pphaꝝ
ad sacerdotes in hierl̄m in hec ꝙba. Posuit
vos dñs in domo sua sup oēm vīz arrepti
cium ꝛ pphetantē: vt mittaꝝ eum in neruum
ꝛ in carcerē, ꝛ nūc cur nō increpasti hieremiā
qui dixit vob. Edificate domos q̄ nō redi
bitis. Et legit sophonias epistolā coram sede
chia in auribus hieremie. Et ait hieremias.
Hec dr dñs. Sup eos q̄s trāsmigrare feci
vīsitabo ꝙbum bonuꝫ vt reducam eos, sup
vos aūt q̄ nō estis egressi cū eis immittā gla
dium ꝛ famē ꝛ pestē: ꝛ ponā vos q̄si fic⁹ ma
las q̄ comedi nō pūt. Nūdit ei dñs mihi si
gnū: et ecce duo calati pleni ficis positi sunt
añ templū. Et dixit dñs ad me. Quid tu vi
des hieremia. Et dixi. Ficus: fic⁹ bonas, bo
nas valde, ꝛ fic⁹ malas: malas valde. Et ait
dñs. Sicut ficus he bone, sic cognoscā trās
migrationē quā emisi ō loco isto ꝛ reducam
eos ī terrā hāc. Et sīc ficus pessime: sic dabo
sedechiā ꝛ reliq̄s q̄ remanserūt in hac vrbe ī
vexationē ꝛ opprobriū oīb regnis terre.

De laguncula testea.
Capitulum. XLII.

Et dixit iteruꝫ do
mīn⁹ ad hieremiā. vade ꝛ accipe
lagunculā figuli testeā ꝛ duces te
cum ō senioribus sacerdotū: ꝛ ō senioribus pl̄i
ad vallē filioꝝ ennon q̄ est iuxta itroitū por
te fictilis ꝛ cōteres lagunculā ī oculis eoꝝ et
dices. Hec dīc dñs. Sic conterā locū istum ꝛ
ciuitatē hāc: nec vocabit loc⁹ iste amplius to
phet ꝛ vallis filioꝝ ennon: sꝫ vallis occisiōis
Implebo em̄ cū cadaueribus eoꝝ q̄ non sit ali⁹
loc⁹ ad sepeliēdū. Et venit hieremias de to
phet ꝛ stetit ī atrio dom⁹ dñi: ꝛ dixit ad oēm
pl̄m. Hec. d. d. Ecce īducā sup hāc ciuitatē
vniuersa mala q̄ locut⁹ sū aduersus eā. Et ī
dignat⁹ fassur sacerdos pcussit hieremiā ꝛ mi
sit eū ī neruū ī porta bēiamī supiori ī domo
dñi. Cumq̄ illuxisset in crastinū eduxit fassur
hieremiā de neruo, ꝛ dixit ad eū hieremias.
Nō fassur vocauit dñs nomē tuū sꝫ pauorē
vndiq̄. Interp̄tat ei fassur vl̄ fascoꝝ oris ni
gredi. q. d. Nō hēbis oris nigredinē. i. pt̄ātē
īperādi inimīcis: sꝫ pauēs vndiq̄ captiuꝰ duceris
ī babylonē, ꝛ orauit hieremias ad dñm. Dñe
ds exercituū q̄ vides renes ꝛ coꝝ, videā vl
tionē ex eis: tibi em̄ reuelaui cām meā.

De prima obsidione hierusalem.
Capitulum. XLIII.

Vro in an
no ānto se
dechie ipe
p ē ann⁹. v. trāsmigratiōis ioachim
exorsus ē ezechiel ꝙphetare ī baby
lone ad captiuos p⁹ q̄s acceperāt epl̄am hie
remie. Prophetiā cui⁹ siē ꝛ danielis postea ps
q̄mur p⁹ exciditū vrb ꝛ obitū hieremie. Por
ro ī pncipio ānī. ix. sedechie nabuch. obsedit
hierosolymā q̄ negauerat ei sedechias tribu
tū. Et misit sedechias ad hieremiā fassur ꝛ so
phoniā sacerdotes dicēs. Interroga p nob
dñm si forte faciat nobiscū mirabiliaꝫ, ꝛ trānsit
hieremias. Hec. d. d. Dabo sedechiā regē iu
da ꝛ fuos ei⁹: ꝛ pl̄m ei⁹ ī mānu nabucho, re
gis babylonis, ꝛ pcutiet eos ī ore gladij ꝛ nō
flectet nec pcet neq̄ miserebit. Et libere ābu
labat hieremias ī medio pl̄i eadem clamās
Porro rex egypti egressus ē de egypto cū ex
ercitu q̄si solutus obsidionē hierl̄m ꝛ recessit
rex babylōis a hierl̄m ī occursum ei⁹, ꝛ fu
gauit cū in ore gladij: ꝛ de syria coegit exire.
Cūq̄ discessisset nabuchodonosoꝝ a hierl̄m
illuserūt falsi pphe hieremie: ꝛ decipiebāt se
dechiā dicētes. Nō reuertent babylonij: sed
redibit trāsmigratio nr̄a ad nos cū oīb va
sis dñi. Hieremias aūt ōria his ꝛ vera ꝙphe
tabat dicēs. Tradet sedechias ī manu regis
babylonis: ꝛ loq̄t⁹ os ei⁹ cū ore ipius, ꝛ oculi
ei⁹ oculos ei⁹ videbūt, ꝛ ī babylonē ducet se
dechiā. Impij ꝙ dicebāt hieremiā a mente
excessisse. Porro hieremias straxit asinū vt
egrederet ad anatoth vicū suū q̄. xx. stadijs

distat a hierl̄m. Cumq̄ peruenisset ad portam
beniamin, custos porte ierias apphendit eū
dicēs. Ad chaldeos pfugis. Et adduxit eū
ad pncipes. Qui cesum miserunt in carcerē
q̄ erat ī domo ionathe scribe Et sedit ibi hie
remias diebus multis, ꝛ venit ad eū ananeel
filiꝰ sellū patrui sui ad vestibulū carceris: et
ait. Eme agrū meū q̄ est in anathot, tibi em̄
cōpetit hereditas tāq̄ pximi ori Et intellexit
hieremias q̄ ꝙbū dñi erat ꝛ emit agrū appen
dens septē stateres ꝛ decē argenteos, ꝛ ad
hibuit testes, ꝛ scripsit libū possessiōis signa
tū ꝛ stipulatiōes ꝛ rata, ꝛ signa forinsecus, et
rescriptū libri fecit aptū, ꝛ in oculis ananeel
ꝛ testiū dedit libros baruch dicens. Sume
libū emptiōis hūc signatū, ꝛ hūc librum q̄
apert⁹ est: ꝛ pone eos ī vase fictili vt pmane
re possint ī diebus multis. Hec em̄ dr dñs Ad
huc possidebunt ꝛ agri ꝛ vinee in terra ista
de q̄ vos dicit⁹: q̄ deserta erit. Ecce ego cō
gregabo vos de vniuersis terris: ad quas ei
eci eos ad locū istū, ꝛ habitabūt confidenter: ꝛ fe
riam cū eis pactū sempiternum.

De secunda obsidione hierusalem.
Capitulum. XLIII.

Vro ānno nono
p sedechie, x. mēse, x. die, luna. xxij.
rediit nabuzardan pnceps exer
citus babylonis, ꝛ pncipes nabuchodono
sor cū eo, ꝛ circūdederūt hierl̄m, ꝛ extruxerūt
in circuitu ei⁹ munitiones, ꝛ clausa est ciuitas
xvij. mensibus. Perterrit⁹ ira q̄ sedechias tulit
hieremiā de carcere ꝛ iterrogauit eū ī domo
sua secreto dicēs. Putas ne ē fmo a dño: q̄
rediērūt chaldei. Qui rndit. In manu regis
babylonis traderis. Sꝫ obsecro dñe mi rex
ne remittas me in carcerē ionathe ne moriar
ibi. Et pcepit rex vt traderet̄ in vestibulū car
ceris: ꝛ vt daret ei torta panis q̄ die excepto
pulmēto donec cōsumerent oēs panes de ci
uitate, ꝛ clamabat hieremias ī vestibulo car
ceris. Qui remāserint ī ciuitate fame aut gla
dio pibunt, q̄ ꝛfugerint ad hostes q̄dammō
mortē declinabūt. Et ꝙuenerūt pncipes ꝛ se
niores ciuitatis ad regē dicētes. Rogam⁹ te
vt moriat̄ hō iste, de industria em̄ dissoluit
man⁹ viroꝝ bellantiū. Plane mentit̄ cū dicit
Sedechias vinci⁹ ducet̄ ī babylonē Ezechi
el em̄ ī babylone ꝙphetauit dicēs. Sedechi
as nō videbit babylonē. Et dixit rex ad eos
Ecce ipe ī manibus vr̄is ē, nec em̄ fas est regē
vob q̄cq̄ negare. Tulerūt q̄ hieremiā ꝛ depo
suerūt eū cū funibus in lacū helchie in q̄ nō erat
aq̄ sꝫ lutū: vt morte ꝙpria suffocat⁹ periret: et
erat ꝙpba in luto visq̄ ad guttur: q̄d erat ei a
mari⁹ oīm morte. Tūc abdemelech ethiops
vir eunuch⁹ de domo regis secreto dixit ad
regē. Peccare te fecer̄t viri isti grauit̄. Qui rn̄
dit. Tolle tecū. xxx. viros ꝛ leua ꝙphām de la
cu anteq̄ moriat. Qui assūptis viris tulit pān
nos veteres de domo regis q̄ cōputruerant
ꝛ summisit eos in lacū p funiculos ꝛ dixit ad
hieremiā. Pone pannos veteres sub cubitu
manuū tuaꝝ ꝛ sup funes. Quo facto eduxe
rūt eū de lacu, ꝛ vocauit eū rex secreto ad os
tiū tertiū q̄d erat ī domo dñi ꝛ ait. Interro
go te ne abscōdas a me aliq̄d. Qui rndit Si
filiū dedero tibi nō me audies: si aūt nūcia
uero tibi interficies me. Et iurauit ei rex dicēs
Viuit dñs nō occidā te nec tradā te in man⁹
viroꝝ q̄ q̄rūt aiaꝫ tuā. Et ait hieremias Si
exieris ad pncipes babylōis salu⁹ eris tu et
dom⁹ tua ꝛ ciuitas hec nō succendet̄. Si nō
exieris: ciuitas succēdet̄ ꝛ tu cū domo tua nō
effugies man⁹ eoꝝ. Et ait rex. Facere q̄d di
cis: sꝫ timeo ꝛtribules q̄ trāsierūt ad chalde
os: ne forte accusēt me ꝛ tradar ī man⁹ eoꝝ ꝛ
illudāt mihi. Et ait hieremias. Nō traderis
Tūc rex inq̄t. Null⁹ sciat ꝙba hec. Si q̄sierit
a te: q̄d locut⁹ ē tibi rex dices. Prostraui me
coram rege ne reduceret me in carcerē.

De fuga sedechie capta vrbe.
Capitulum. XLIIII.

Vro defecerūt
p victualia in ciuitate adeo vt mu
lieres comederent pullos suos
ad mesurā palmi, sic
ut legit̄ ī threnis hie
remie. Capta est aūt
ciuitas. xj. āno regni
sedechie, q̄rto mense
ix. die mensis fm io
sephū, et libū regum
fm hiere. vero. v. die
aperta ē ciuitas circa
mediā noctē, et sederūt pncipes babylonij ī
porta media. Fugit aūt sedechias cū oī do
mo sua nocte: ꝛ pncipes amici ei⁹ cū eo p vi
am horti regis. Et ingressi sunt adviā deserti
Qō cū nunciatū esset a quibusdā transfugis

Quarto mense iunij
capta ē ciuitas. sꝫ mi
serūt nūcios ad regē
ī reblata q̄d vellet fie
ri de vrbe ꝛ pinde ser
ui morati sūt ꝛ in. vj.
mēse destructa est.

principib babylõis psecuti sũt eũ diluculo
t cõphẽdert eũ in cãpo solitudis hierichõ-
tine. Plures ãt pncipũ dispsi sunt t recesse-
rũt ab eo. Ipm ꝓo cũ reliqs vinctũ traxerũt
ad regẽ babylõis in reblata Qui locut⁹ ẽ cũ
eo iudiciũ: dicẽs eũ ingratũ fuisse pcepti ab
eo imperij. t ꝛ munificũ hostilit egisse t de-
erasse in deũ. Et addidit. Wagn⁹ de⁹ hũs
tuã nequiciã odio te tradidit mihi. Et occi-
dit filios et⁹ cozã eoz saratã sũmũ sacerdotẽ:
cui⁹ filiũ ioiedech refuauit Occiditqz eunu-
chum q̃ erat sup viros bellatores: t sophar
pncipẽ exercit⁹ q̃. pbabat tyrones: t. v. viros
de his q̃ steterãt cozã rege. t tres ꝺ ianitoribꝫ
tẽpli: t. vj. viros pbatos ꝺ vulgo. vl. lxx. fm
hieremiã. Oculos ꝓo sedechie effodit t cate
nis vinxit eũ vt adduceret i babylonẽ. t cũ eo
ioiedech. Et redierũt q̃ duxerũt eos i rebla-
ta ad exercitum hierusalem.

De incendio templi t vrbis t godolia
Capitulum. XLV.

Gitur in vndeci

i mo ãno sedechie. mẽse quinto. t.
die mẽsis. ipe ẽ ann⁹. xix. nabu-
cho. regꝫ babylõis nabuzardã icẽdit domũ
dñi t domũ regꝫ: t oẽs domos hierlm: t ro
tuz murũ hierlm p circuitũ destruxit. t tulit
oĩa vasa dom⁹ dñi: t colũnas duas t mare
eneũ. t ligauit pl̃m vt adduceret eũ i baby
lonẽ. Et tulit ꝑ prie dicunt captiuitas iude. Et
tulit hieremiã de vestibulo carceris: de quo
mandatũ accepat nabuzardan ĩ hũc modũ
Tolle illũ t pone sup euz oculos tuos: t vt
voluerit facias ei. Tunc pfecit terre godoliã
filiũ aichã vt pesset pauperibꝫ qui relicti erãt
t agricolis t vinitoribꝫ vt redderẽt singulis
annis vectigalia regi babylonis. Sedit aũt
nabuzardã in rhoma: t trahebant ante eum
catenati. Et tollens de medio eozum hiere-
miam dixit ad eum. Veni mecũ in babylo-
nem t honorabo te. Quod si displicet tibi. re
side. Omnis terra in ꝺspectu tuo est: habita
apud godoliã. t quocũqꝫ volueris vade. Et
tradidit ei nabuzardan cibaria et munuscu-
la et dimisit eum. Similiter et rechabitas li
beros abire dimisit. Sedit itaqꝫ hieremias
t baruch notarius eius in medio pl̃i qui re
lictus fuerat. Nabuzardam vero abijt in ba
bylonẽ trahẽs secũ captiuitatẽ. Hic fuit exi-
tus regni hebreoꝝ. Et regnatum est fm iose
phũ in eo annis ãgentis t. xiij. t mẽsibꝫ
sex. t diebꝫ decẽ. Scõm libꝝ ꝓo regũ nõ ple
ne ãgentis. t fuerũt in eo reges a dauid vi
ginti t vnus. Ab edificatõe ꝓo templi fluxe
rãt anni. cccc. t. lxx. t menses sex t dies decẽ.
Ab egressu ãt pl̃i ab egypto ãni mille. t. lxij
t mẽses. vj. t dies. x. Fuerũt aũt in templo p
successionẽ. xv. summi sacerdotes. a pmo sa-
doch quẽ instituit salomon vsqꝫ ad patrẽ io
sedech quẽ interfecit rex babylonis.

De morte sedechie.
Capl̃m. XLVI.

Ꝺro nabucho

p donoſoz cũ intrasset babylonem
cũ triũpho: victimas solẽnes i-
molauit dñs suis. t solẽnizauit cũ oĩ pl̃o de
cẽ diebꝫ Cũqꝫ recũberẽt exhilarati: ꝑcepit rex
vt adduceret sedechiã in mediũ. t aliqui ꝺ
cantoribꝫ tẽpli cũ eo q̃ psallerẽt cozã ꝯuian
tibꝫ i musicis instrumẽtis. t canerẽt hymnos
de cantico sion. Bibebãt aũt ꝯuiue in vasis
dom⁹ dñi. qꝫ q̃dam nabucho. ꝯsecrauit ido
lis. quedã ꝓo sibi refuauit. Cũqꝫ darẽt psal-
lentibꝫ potũ: clanculo ꝑcepit rex vt sedechie
daretur potus laxatiuus. Et cozã oĩbꝫ ignomi
niose laxat⁹ est: t in carcerem ꝯtrusum reduxerũt in car
cerem. Qui nimio afflictus dolore post pau
cos dies mortu⁹ ẽ. Et audiẽs nabuchodo-
nosoz cãm mortis eius extrahẽs eũ de carce
re cũ honore regio sepeliuit.

Incidentia.

In diebus sedechie factũ est exterminiuꝫ
regni iudeozum. t eozdiũ habuit q̃nta etas
cui⁹ anno scõo facta est solis defectio: quam
Thales milesi⁹ ꝑdixerat. In diebꝫ captiui-
tatis rhomanoꝝ sext⁹ rex fuit⁹ nobil captiue
filij: tres mõtes vrbi addidit. quirinalẽ. bimi
nalẽ. equilinũ. Fossas circa muros duxit. cẽ
sus rhomanoꝝ ciuiũ pm⁹ istituit Tandẽ oc
cisus ẽ a tarquinio superbo. pisci tarquinij filio
Eo tpe apõ grecos. vij. sapientes sũt appella
ti. In ꝑ loco dignũ duxim⁹ interponere con
trarietates de collatõe annoꝝ regũ iuda t re
gũ israel. t determinatiões eaꝝ q̃ nobis oc
curerũt: vt tandez earum historiam expedi
tius ꝓsequamur.

Sedatio ꝯtrarietatũ.
Capitulum. XLVII.

In libro regũ emer

gunt contrarietates de collatione annoꝝ re
gum iuda t regũ israel: q̃ qñqꝫ determinari
possunt. Ubi ꝓo nõ inuenit determinatio:
vitio scriptoꝝ credim⁹ hoc accidisse. q̃ in. p
prijs noibꝫ t numeris sepe fallunt. Roboã
t ieroboam pmi cõregnauerũt annis. xvij.
alter in iudea: alter in israel. Post roboã ce
pit regnare abia filius eius in hierusalẽ. In
xviij. anno ieroboam q̃ viginti duobꝫ annis
regnauit in israel. cõregnauit abia ieroboã
tribꝫ ãnis. qõ synecdochice dictũ est. hoc est
duobꝫ annis. t aliq̃ pte tertij q̃ erat vicesim⁹
ieroboã. Et in reliq̃ pte anni eiusdez cepit re
gnare asa filius abia. t q̃dragesimo et vno
anno regnit in hierlm Anno scõo asa regna
uit in israel nadab fil⁹ ieroboã duobꝫ annis. i.
vno ãno: t aliq̃ pte ãni scõi q̃ adhuc erat ter
ti⁹ asa. t occidit eũ baasa. Et cepit regre i israel
p eo anno tertio asa: t regnit. xxiiij. annis nõ
tũ plenis: qz tũc regnasset vsqꝫ ad. xxvij. an
nũ asa. sz ñ regnit nisi vsqꝫ ad vicesimũ sextũ.
Hela itaqꝫ fil⁹ baasa cepit regre in israel ãno
xxvj. asa. t duobꝫ annis regnit. i. vno ãno. et
aliq̃ pte scõi ãni: q̃ erat. xxvij. asa. t i ꝑ eodẽ
anno zamri intrefecit hela. et regnauit. p eo
septẽ diebꝫ. Quo mortuo diuisus est pl̃us.
Pars q̃dã seqbat thebni. altera seqbat amri
t pualuit amri t regnit. xij. ãnis i israel. Hic no
tãdũ ẽ q̃ ꝯtentio de regno int amri t thebni
durauit p tres annos t vltra. qz statim dicit
scpt̃ura q̃ amri cepit regre. xxxj. anno regni
asa. Si ei mortuo zamri stati cepisset regre
amri cũ elect⁹ fuit. g̃ regre cepisset. xxvij. ãno
vel octauo regni asa. Ueruntñ postea dicit
scpt̃ura eũ cepisse regnare in ꝑ anno siue ele-
ctionis. cũ ꝺ filiũ ei⁹ achab cepisse regnare
xxxviij. anno regni asa. Si em̃ duodecim an
nis regnauit amri: t inchoauit regnare. xxj.
asa. t asa non nisi quadraginta t vno anno
regnauit. palaz est q̃ amri superuixit asa per
vnũ annũ. Quo g̃ achab succedens patri in-
choauit regnare. xxxviij. anno regni asa. qõ
sic solui põt. Quãdo scriptura dicit amri ce-
pisse regnare. xxj. anno asa: intelligendũ est.
qz tũc sol⁹ t sup totũ israel mortuo tebni ce-
pit regnare. Qñ aũt dicit regnasse eum. xxij.
al's. xij. annis. a. xxviij. anno asa numerat qñ
israel eũ elegit in regẽ. Qõ ꝑs extendit vsqꝫ ad
xxviij. annũ regni asa qñ achab regnare ce-
pit. Huic sñe seqũs scriptura ꝯsonat q̃ nar
rat iosaphat filiũ asa regnare cepisse q̃rto an
no regni achab. q̃ fuit vltim⁹ asa. q̃dragesi-
mus. s. primus. Porro iosaphat regnauit in
hierusalẽ. xxv. annis. cui⁹ anno. xvij. ochozi-
as filius achab cepit regre in israel. t duobus
annis regnauit. Huic qz filiũ nõ habuit: fra
ter eius ioza successit in regnũ. t cepit regna
re iozam in israel ãno scõo iozã filij iosaphat
Sed q̃rit. si in anno. xvij. iosaphat: q̃. xxv.
annis regnauit ochozias cepit regre: et duo-
bus tm̃ annis regnauit. quo iozã frater eius
ãno scõo iozã filij iosaphat. t nõ potu⁹. xvij.
vel. xix. anno iosaphat regnare cepit. Preter
ea in sequẽtibꝫ statim subiũgit scriptura. qõ
xvij. vl. xix. anno iosaphat iozã filius achab
regnauerit. Hec cõtrarietas sic soluit potest
Duo anni quibꝫ regnare dicit ochozias illi
sunt quibꝫ solus t incolumis anteqꝫ per can
cellos domus sue cozruisset regnauit. Reli-
qui vero octo vel nouem anni quibꝫ eo lan
guente frater eius iozam administrationẽ re
gni agebat: nõ sibi sed fratri deputanꝫ. Uñ i
xvij. anno regni iosaphat regnasse scribitur
iozam. qz tũc regni administrationẽ p fratre
q̃ languebant susceperit. Scriptura vero q̃ di
cit q̃ iozam filius achab anno scõo iozam fi
lij iosaphat regnauerit: tẽpus quo solus de-
functo iam fratre regnare cepit attendit. Et
diuersoꝝ sane scriptis ꝓphetarũ collect⁹ ẽ tra
ctatus libri regũ Uñ est q̃ alius aliud. t ali⁹
aliud fm rationũ diuersitatẽ initium inchoa-
tionis regni regũ tã iuda qꝫ israel assignauit.
Iozã aũt filius achab. xxij. annis sup israel
regnauit. Illa g̃ scpt̃ura q̃ postea dicit q̃ an
no q̃nto iozã filij achab regis israel regnauit
iozã filius iosaphat regis iuda: tẽpus atten
dit qñ p fratre adhuc viuẽte regnũ adminis-
trare cepit. Porro iozam filius iosaphat tri-
ginta duoꝝ annoꝝ erat cuz regnare cepisset:
et octo annis regnauit in hierusalẽ. anno. xij
iozam filij achab regnauit ochozias fil⁹ io-
ram regis iuda. Uiginti duoꝝ annoruz erat
cũ regnare cepisset: t vno anno regnauit in
hierusalẽ. Quidã mẽdosi codices hñt iozã fi
liũ iosaphat viginti duoꝝ annoꝝ esse tm̃ cuz
regnare cepisset: qõ stare non põt. Si em̃ vi
ginti duoꝝ annoꝝ tm̃ esset cũ regnare cepis-
set. t. viij. annis tm̃ regnauit. ergo tricenari⁹
erat cũ mortu⁹ ẽ: sz fil⁹ ei⁹ ei succedẽs tã. xxij
annoꝝ erat. ergo qñ eum genuit iozã. viij. an
noꝝ erat quod est impossibile Tamẽ hebreꝫ
tradũt iozã filiũ iosaphat. xx. annis regnasse

ꝛ.xlij. vixisse, qđ videt ꝓsonare illi lre q̄ dicēū viginti duoꝝ annoꝝ esse cū regnare cepisset. Sz tñ dicūt solos octo annos q̄b̄ in concenter vixit añ̄ꝫ suos frēs occidisset ꝓputatos illi i regnū a scptura. Mortuo ochozia mr̄ ei athalia. vj. annis regnauit in hierlm. Eisdez sex ānis ꝓregnauit ei hieu: q̄. xxviij. annis regnauit in isrl. Anno. vij. hieu cepit regnare in hierlm ioas: ꝛ.xl. ānis regnauit. Regnauerūt g̃ pariter ioas in iuda: ꝛ hieu i isrl xxij. annis. Quib̄ finit̄ mortuus est hieu: ꝛ successit ei in regnū ioachas filꝰ eius, incohans regnare ānо. xxiij. ioas regis iuda. ꝛ. xvij annis regnauit in isrl. Sz q̄tū. si anno. xxiij ioas ioachas cepit regnare. ꝛ annis. xvij. regnauit. cū ioas. xl. tm̄ ānis regnauerit: palā est q̄ vsq; ad. xxxix. vel potius. xl. annū eius regnauerit ioachas. Q̄o ergo statim in sequēti dicit scriptura: q̄ ioas filius ioachas anno. xxxvij. ioas regis iuda regnare cepit. Forte triennio: viuēte pie simul cū patre regnauit Forte scriptoꝝ negligētia q̄ in numeris sepe errat hanc difficultatē peperit. Anno scđo ioas regis isrl regnauit amasias in isrl. xxix. annis. Annꝰ secundus ioas q̄ amasias regnare cepit numerat, exquo solus defuncto patre regnauit. Vix aūt amasias rex iuda postq̄ꝫ mortuꝰ est ioas rex israel. xxv. annis Et hic ozix q̄stio. Supdictū est q̄ amasias anno scđo ioas regis israel regre inchoans xxix. annis regnauerit. Joas aūt. xvj. annis regnauit Quindecim itaq; ānis simul regnauerūt. Mortuo itaq; ioas soli q̄ttuordecim anni supfuerūt amasie. vel ad plus quindecim. Forte errauit scriptor ponēs. xxv. p q̄ttuordecim. vel forte amasias viuēs desijt regnare. ꝛ decem vel vndecim ānis vixit diutius q̄ꝫ regnauit. Porro anno. xv. amasie: regnauit in israel ieroboā. xl. ꝛ vno anno. Simul itaq; regnauerūt amasias in iuda. ieroboam in isrl. ad plus. xv. annis. Quid ē igit̄ qđ sequēs scriptura dicit. Quia. xxvij. anno ieroboam regnauit ozias filꝰ amasie in hierusalē. Forte. xv. annis iuda sine rege fuit. qz vt dictꝫ amasias viuēs regnū dimisit: ꝛ ozias adhuc puerꝰ regnare non poterat. Mortuo ꝓ patre cū. xvj. essz annoꝝ. ꝛ ieroboam

Hoc addit̄ ō. qz dictū est in solutōne. qđa ioas trib̄ annis patri conregnauit in israel.

in israel vicesimo septimo anno regni sui inchoasset regnare cepit in hierusalē: ꝛ quindecim aduob̄ ānis regnauit. Porro anno. xxxviij. ozie regis iude. regnauit zacharias filꝰ ieroboā in isrl sex mensib̄. Et hic ozix q̄stio. Supra dictū est qz anno vicesimo septimo ieroboā regnauit in israel. q̄ cū quadraginta ꝛ vno anno regnauit. ozias regnare cepit. xl. annis regnauit. Quattuordecim itaq; annis pariter regnauerūt ozias ꝛ ieroboā. cui ieroboā post q̄draginta ꝛ vnū annū defuncto: si statim zacharias filꝰ eius in regnū successisset nō in. xxxviij. sed in decimo quinto anno regni ozie regnare cepit. Aut igit regnū isrl. xv. annis sine rege fuit. vel potius p istos viginti tres annos zacharias filius ieroboā regnauit. qui tū illi qz pessime vixit: in regnuꝫ nō sunt cōputati Soli aūt sex menses quos correctius vixit i tricesimo octauo anno ozie illi sūt cōputati. In tricesimo āt nono anno ozie sellū occisio. zacharias regnauit in isrl vno mēse. Eodē ān o manaben occidit sellū. ꝛ regnauit in israel decē annis. Anno quinquagesimo ozie phacceia filius manaben regnauit in israel duob̄ annis. Anno. lij. ozie phacce filius romelie phaceiā interfecit. ꝛ regnauit in israel vigīti annis. Anno scđo phacee regnauit ioatha i hierusalē. ꝛ sedecim ibi annis regnauit. Quindecim ergo annis ad minus simul regnauerunt ioathan in iuda ꝛ phacee in israel. Et annus qui fuit vltimus ioathan fuit phacee. xvij. ꝛ ita phacee regnauit post ioathan triby annis in quib̄ ꝓgreganit ei achaz filius ioathan Qđ g̃ legit qz ozee interfecit phacee ꝛ regnauit p eo vicesimo ano ioathan filij ozie. ex illo tpe regū ioathā scriptura num erat. q̄ pīi lepr̄oso cōregnāt Ubi aūt legit qz anno scđo phacee regnauit ꝛ qz sedecim annis regnauerit Ab illo tēpore numerat. quo solus mortuo pīe regnauit. Porro duodecimo ano achaz ozee regnauit decem annis in israel. Si ergo phacee ꝛ achaz triby tm̄ annis cōregnauerunt vt dictum est tūc quarto ano achaz occisus est phacee Et si ozee occisor eius non regnauit. p eo vsq; ad duodecimū annū achaz. tūc regnū israel fuit octo annis sine rege. Itaq; ꝓdicte ꝓtrarietates ꝛ alie sīgs ꝓtei minime determinari possunt. vel p synecdochen. vel qz qđā cū patribus regnauerūt antecessoli regnarēt, Vel qz regna q̄q; sine rege fuerūt.

Sequuntur tituli capitulorum in historiam tobie.

De tobia. cap. j.
De morte godolie. cap. ij.
De descensu reliquiarum iude in egyptū. et obitu hieremie. cap. iij.
De captiuitate reliquiaꝝ iude cap. iiij.

Incipit historia tobie

Historia Tobie

b Tobie ex tribu et ciuitate. ꝛ. tribuū quā fecit salmanasar. Quo ꝓpe tpe terminū habuerit nō satꝭ elucet. Videt em̄ ex lra historie tobias vixisse pꝰ excidiū hierlm ꝛ incendiū templi. Ait em̄ in cantico suo Hierusalē ciuitas dei castigauit te dñs: būdic deū in secula seculoꝝ: vt reedificet tabernaculū suū in te. et reuocet ad te oēs captiuos In diebꝰ āt mortis sue cū ꝑdiceret filijs de reditu captiuoꝝ ait. Terra deserta replebit̄: ꝛ domꝰ dei q̄ i ea incēsa est iterꝫ reedificabit̄. Si ꝓ o attēdam⁹ terminū vite Tobie filij Tobie (fuit em̄ termin⁹ historie q̄ fuit ei termin⁹ vite) non inuenie⁹ historiā descendisse ad plus vltra tpa tosie. Ponam⁹ em̄ filiū cū pie captiuatū sexto āno ezechie ꝛ anniculū ee. xcix annis tm̄ vixit. circa. xx. annū iosie mortuꝰ est. Hāc historiā trāstulit hieronymꝰ de sermone chaldeoꝝ in latinū ad petitōez chromatij ꝛ heliodoꝛi episcoporꝝ. Hāc historiā iudei iter apocripha ponūt Hieronymꝰ tñ i ꝓlogo suo dicit iter agiographa

Recole supra in ꝓncipio iosue dictuꝫ qđ apocrifum ðz. vl cuiꝰ auctor incertꝰ. vl cuiꝰ materia incerta. De materia aūt bꝰ patet ꝛ cōstat. Agiografum sacra scptura interꝑtat. ꝛ sic quelibet scriptura sacra pōt dici.

Qđ si esset: tñ eēt in tertio ordine canonis veteris testamēti. sz qz ō nullo ordine est: dicem⁹ qz hieronym⁹ diffusꝰ acceꝑit agiographa. vt i cluderet etiā apocrifaꝛ qz vicina ē lingua chaldeoꝝ hebraico ꝰmoni. vtrisq; linguе peritū loquacē hñs hieronym⁹ quicq̄d ille hebreis ꝓbis exꝑssit: latino ꝰmone expositꝫ sub breui: ꝛ quasi vnī diei labore.

De Tobia. Capitulum. I.

